UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Bathylde regina. Cap[itulum]. lix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

gem verbo ⁊ opere refouebat: multiſqꝫ miraculis coruſcabat. Dum autem quadam nocte in eccleſia ſancti petri oraret: ⁊ neceſſitate naturali compulſus exiret: diabolus eũ terrere volens ſibi apparuit: quẽ ſanctus edito ſigno crucis effugauit. Cui demon in aere cõminatus eſt: ꝙ mundũ inueniret vnde ſibi moleſtiã ingereret. ¶ Poſt modicum temporis filia imperatoris iouiani apud conſtantinopolim a demonio vexabatur: clamante immũdo ſpiritu per os puelle: nunqꝫ ſe egreſſurum de corpore illo: niſi preſente epiſcopo Geminiano. Quẽ imperator hec audiens per nuncios vbiqꝫ requiriri fecit eũqꝫ tandẽ citra mare adriaticũ habitare comparuit. Ad quem imperatoris nuncijs venientes: itineris cauſam exponunt: ⁊ vt ad filiam principis liberandam venire dignetur inſtanter depoſcunt. Quos ſanctus ſe vſqꝫ ad littus maris preire mandauit: ⁊ ad vrbem veniẽs ciues ſuos in dño confortauit: eiſqꝫ benedicẽs abijt: ⁊ veniẽs ad littus maris imperatoris nũcios ſe preſtolantes inuenit. Aſcendẽtes ergo nauim: ⁊ conſtantinopolim nauigantes: exorta ſubito tempeſtate valida nauis conquaſſatur: mare proceloſum cunctis interitũ cõminatur. Geminianus vero dormitans: a nautis excitatur. Qui ſurgens orationẽ ad dñm fudit: moxqꝫ tẽpeſtatem ſedauit: ventoqꝫ flante proſpero conſtantinopolim vſqꝫ deuenit: vbi ab imperatore honorifice ſuſceptus filiam eius cõfeſtim a demonio liberauit: multoſqꝫ languẽtes ab infirmitatibus diuerſis curauit. Cui imperator textum euangeliorũ auro ornatum: ⁊ calicem gẽmatum ac pallium precioſum obtulit: ⁊ ipſius benedictione percepta magno illum cum honore ad propria remiſit. ¶ Poſtqꝫ autem ad eccleſiam ſuam reuerſus eſſet: ⁊ ab attila hunorum rege italia vaſtaretur: dum ad ciuitatẽ mutine attila deueniſſet: occurrit ſibi ep̃s: ⁊ ab eo quis eſſet interrogatus: ſe ſeruũ dei fore profeſſus eſt. Cui cum attila rñdiſſet: ſe eſſe flagellũ dei: qui ſeruos dei merito flagellaret: ep̃us in xp̃o cõfiſus: ianuas ciuitatis huius aperiri iuſſit: offerens ſe cum eius populo paratuꝫ recipere: quicqd illi dñs facere pmiſiſſet. Qui ab vna porta vſqꝫ ad aliã per mediã ciuitatẽ tranſeuntes vti per cãpeſtria diſcurrerũt: tali adeo cecitate percuſſi: vt ſine alicuius leſione egrederẽtur vacui ⁊ confuſi: vrbis quidẽ plateas ⁊ vicos percurrẽtes. domos vero vel menia minime conſpiciẽtes. Hic ⁊ alijs clarꝰ miraculis vir ſanctꝰ ad dñm celeſti voce vocatus infirmitate per dies plures corripit: ⁊ ad extrema veniẽs ſpũs eiꝰ ab angelis in pace ſuſcipit. ¶ Dum igitur eius exequie celebrarent: beatꝰ ſeuerus archiep̃us rauẽnas eadẽ hora miſſam celebrãs: legẽte ſubdiacono epiſtolã in ſpiritu rapit: ⁊ cõpleta lectione poſt morã aliquã a miniſtris excitatur. Qui erectus miniſtros qui ſe excitauerant redarguit: dicens ſe exequijs fratris eius geminiani ep̃i nup defuncti interfuiſſe: ⁊ eius aĩam dño cõmẽdaſſe: ac corpꝰ in tumulo collocaſſe: ⁊ cũ bñdictionẽ vellet dare pplo excitatũ fuiſſe. Qui diẽ notãtes ⁊ horã mutinã miſerũt: ⁊ oĩa vt ſeuerus dixerat: ibidẽ re vera cõtigiſſe inuenerũt. ¶ Ad cuiꝰ tumulũ multa miracula deꝰ oſtẽdere dignatus eſt. Cui ſucceſſit theodolus quidã ambroſij diſcipulus: q̃ ſupra ſcti tumulũ eccleſiã edificauit. Ad quã dũ die eiꝰ anniuerſarij feſti mutineñ. ppl's cõueniſſet: ſubito fluuio inũdãte adeo aqua excreuit: vt ciuitatẽ totã ⁊ domos occuparet: ⁊ vſqꝫ ad eccl'ie ſupiores feneſtras excreſceret. Que tñ dño miraculo p ianuas vel feneſtras eccl'ie minime introibat: ſed q̃ſi murꝰ ſolidꝰ in ſeipam pſiſtebat. Et cũ ppl's ſiti affligeret ĩcluſus ad ianuas veniẽtes aquã hauriebãt: ⁊ ex ea potũ ſumebãt. Que hauriri qdẽ vt aq̃ poterat: ſed defluere vt aqua nequibat. Quieuit aũt ſctũs ĩ xp̃o. iij. kal. februarij.

¶ De sancto Mattheo ep̃o. Cap. lviij.

Mattheus ep̃s hieroſolymorũ ſanctiſſimꝰ fuit: de quo mira ⁊ plena fide geſta narrant: q̃ mlta p xp̃o pppeſſus oĩqꝫ vite ſanctitate preclarus: vltimo in pace vitam finiuit. iij. kalen. februarij: vt dicit ado.

¶ De ſancta Bathylde regina. Cap. lix.

Bathyldis regina mater lotharij ĩpatoris corbeie ⁊ calã monaſteria cõſtruxit. Fuit aũt de clara pſapia ſaxonũ: vita ⁊ ſanctitate cõſpicua. Hec die quadã de ciuitate egreſſa: dũ iuxta littus maris ſpatiaret: a trãſmarinis ſaracenis rapta ⁊ ad ſyrie partes delata eſt. Et poſt aliqͦd t̃ps ab hercanoaldo gubernatore palatij imperialis precio redẽpta: ab eodẽ in frãciã reducta eſt. Cũ aũt vxor hercanoaldi defuncta eſſet: ⁊ ille bathyldẽ in cõiugẽ aſſumere vellet: illaqꝫ nubere recuſaret: in deſpectu habitus occulte fugã arripuit: ⁊ aliquibꝰ annis in heremo latitauit: proceſſu vero tẽporis reperta ⁊ que eſſet agnita: a rege francorũ dagoberto vxore carente ob elegantẽ eius pulchritudinẽ in ſpõſam deducta eſt. Que tẽpus opportunũ cognoſcens per manus geneſij abbatis multas elemoſynas latenter fecit: ⁊ peſtẽ ſimoniacã rege ad eius inſtantiam id agente de gallia extirpauit. Orta autẽ ſeditione inter francorũ reges ⁊ rege clodoueo propter ſeditionẽ interfecto: ipſa in monaſterio calaꝫ religionis habitũ ſumpſit: ⁊ multa humilitate deo ſeruire cepit. Nã ſicut vna ex minimis feminis ipſius cenobij oblita generoſitatis hebdomadã ſuam in menſe ⁊ coquine ⁊ cererorum viliorihus officijs adimplebat. Ubi poſt laudabilia ſanctitatis opa in pace quieuit. iij. kalen. februarij.